simul cū ppheta dicis. Nō intelligūt de sua pte diuina: cum  
illā ante id fuisse nō ignorēt: Sed de carnis assumptōe que  
ut audiūtis ad tps quo pcuriens Maria virgo pcurire de  
bebat reseruata erat. ipse tñ ut xpianos in falso fundatos eē  
vobis pdicaret: quā audiūtis falsitatē calamo scribere nō  
curauit: quasi nō putaret dicta sua ab aliquo recte intelligē  
te aliqui legenda esse q suā malitiā detegeret. Et ut de hys  
magis certificemini vñū cōsideretis quomō s. messias: quē  
ventuz dicitis de domo dauid et in betlem ad pñs egrediet  
eū ab alijs qz a iudeis terra illa occupe. oportet. n. vos  
ad terras vestras prius reuerti: et deinde messiam nasci. qd  
quidem cum uestra prestolatione stare non potest.

C Prophetiam autem per omnes suas partes super Jesu  
christo nazareno verificatam esse per euangelia indubita  
tum testimonium habemus. Nam de prima cius parte. ma  
theus capitulo secundo ait. Cum natus esset ihesus in bet  
lem iuda. et reliqua. Quod qdem mysteriū si a deo causatu  
nō fuisset. magnū accidēs videreret q magis in beilem qz in

## Pars prima

alia terra iude nat⁹ eēt. **C**De alijs vero i prophetia cōtentis mysterij⁹ euangelia cuncta claz p̄hibet testimoniu⁹ quisbus si fidē prestaretis sup omnes gētes; cū oīa hec vobis promissa fuerint salui atq; magni essetis.

## Prophetia duodecima

Acharias capitu. ix. inquit. Sili meod bat sion  
barigi bat hieruscialim binne malcheb iauo lab

3 zadic venosciao hu gani veroheu gal hamor  
vegal gair ben adonot. Latine. Exulta sa-

tis filia syon. iubila filia bierusalē. Ecce rex tu⁹ veniet tibi in  
stus et saluat⁹ ip̄e paup ⁊ ascēdēs sup asinā ⁊ super pullū  
filium asinaz.

Iudeorum ex- lhāc q̄z prophetiā doctores vestri messie  
positio. attribuūt dicētes. Ipm̄ iusticia sua de gladio gog magog  
saluari debere p̄ q̄ iust⁹ ⁊ saluat⁹ p̄phetia dixit. Sua insup  
humilitate sup pullū filiu⁹ asine equitaturū eē et si toti⁹ mū  
di dñs erit. ⁊ dicunt asinū ⁊ filiu⁹ asine ad maiorē certitudi  
nē replicatū fuisse. sup clausula tñ illa. Justus ⁊ saluatus ip  
se rabi salomon dicit q̄ in dñs saluatus erit. Lū au-

tem hanc sicut ⁊ alias prophetias in xp̄o ihesu nazareno:  
prout euāgelia ostendunt; verificatā videam⁹ sup ea sermonē  
ampliare nō expedit. s̄z tñ clausule illi⁹ iustus ⁊ saluat⁹ ip̄e  
vez intellectum vobis assignare. quibus cu⁹ ipsu⁹ deu⁹ eē  
sicut ē; dicam⁹ difficile nō pa⁹ videſ arguētes. quo mō sal  
uatōe indigeat. Qd̄ qdē propter alia⁹ prophetia⁹ sensus  
ignorantiā vobis p̄tigit. Prophetia. n. ipsius messie modū  
in bierusalē veniēdi. hic predicere intēdit. qz super asinum  
seu pullum filium asine. qui cum a iudeis crucifigendus es  
set. vt ipsos iustum crucifigere intelligerent. ea dictione ius  
tus v̄sus est. et cum passionis hora super eo. per iudeos  
dicendum esset. Quia alios saluos fecit. seipsum salvare

Hebreia littera.

Judeorum ex-  
positio.

Confutatio sp/  
orum.

## De primo messye aduentu Ixvii

non potest ideo et saluatus ipse subdit: ut ostenderet quod de  
saluatione corporis ita ut a passione liberaretur non indicat  
gebat; cum iliam ipsum pati necessario oportebat: et si ver  
stri de hac saluatione intelligent. sed ipsum spirituali saluati  
one ab initio et ante secula cum domino scilicet deo patre salua  
tum fuisse. Quare et saluatus ipse notanter prophetas dicit.  
*Hebraicorum* adic venosciam hui. Ubi quid dictio illa hu im  
portet: vobis per superiora iam notum est: ita quod bene rabbi sa  
loman: et saluatus in domino exposuit.

**C**Quod autem mysteria hec euangelia verificantur. *Mattheus*  
videte. qui capitulo. xxvij. ait. Tunc videns iudas. qui eum  
tradidit: quod damnatus esset: punitus ductus retulit triginta ar  
genteos principibus sacerdotum et senioribus dicens: pec  
caui tradens sanguinem iustum. et *Johannem* capitulo. xxiij.  
dicentem. Tidens autem centurio quod factus fuerat glo  
rificauit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Jam quo  
que ad hierusalē veniente super pullum filium asine equitasse  
per primā prophetā indubitatā fidem habuisti. Nulligitur  
aliud vestre ruine causa est. o miseri: nisi quia quēadmodū  
discipulis suis Christus dixit: ad intelligendū credendum in oī  
bus quod locuti sunt prophete tardi corde estis. Quā tardita  
tē ipse Ihesus Christus cui seruio sua clementia: prout apostolis  
fecit a cordibus vestris remouere non dedigneatur.

Concordia cu*m*  
euangelio *b*  
*Mattheus*  
homo *i*  
cōflogi  
*Johannes*.

## Prophetia undecima

**S**eus capitulo. viij. inquit. Chicho amar adonai *Hebreia littera.*  
zeuaot god abat megal hi veani margisc et has  
ciamin veet haarez veet baiam veet baharaua  
vebirgasti et col hagoim ybav brmitat col ha  
goim vñileti et habait haze cauod amar adonai  
nai zeuaot li bacchesei yeli hazahau amar adonai zeuaot

Pars prima

Latina littera.

Judeoz expositio.

Rabi salomon expositio

Rabi dauid

gadol ihse cauod habait haze haabaron min barission amar adonai zeuaot vbabait haze etten scialom amar adonai zeuaot. ¶ Latine. Quia hec dicit dñs exercitum. ad hoc vnum modicuꝝ est: ⁊ ego cōmouebo celum ⁊ terram; ⁊ mare ⁊ aridā ⁊ cōmouebo oēs gentes: ⁊ venient cuꝝ de siderio cuncte gētes: ⁊ implebo domū istā gloria dicit dñs exercitū. Adeuꝝ ē argentū: ⁊ mesū ē aurū dicit dñs exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissime: plusqꝫ prime dicit dñs exercitū: ⁊ i loco isto dabo pacē. dicit domin⁹ exercitū. Hanc pphetiam cum simul cuꝝ re edificij secundi templi plata sit doctores vestri diversis modis a proprio sensu puertere cupiſſit. ¶ Nam rabi salomon se breuibus expediens dicit. adhuc vnuꝝ modicuꝝ ē. acsi diceſret immediate qꝫ persaqꝫ regnuꝝ: sup vos nunc dominans deſtruetur. adhuc vnuꝝ aliud surget. cui subiecti eritis. ⁊ erit grecoꝝ regnum: quod modicum durabit. ⁊ tunc ego comouebo celum ⁊ terrā cum miraculis. s. que cuꝝ machabeis faciam. ita qꝫ quia in domo hac ego vobiscuꝝ fuꝝ. omnes intelligent. Quāobrem auri ⁊ argenti munera in ipsam ducent. Super particula autem illa dicente magna erit gloria domus istius nouissime plusqꝫ prime: quorundam vestroꝝ rabi disceptionem. rabi salomon recitat. Quorum vnuſ de edificio gloriam hanc intelligi dicit. alius vero de tempore Nam primi templi quatringenti ⁊ decem anni fuere. secundi vero quatringenti et viginti. ¶ Ego autē cuꝝ prophetia in se breuis sit. ⁊ rabi dauid expositio ab ista non multum discrepet: ideo ipsam hic immediate recitare intendo: et deinde ambas dei auxilio simul confutare. Inquit enim rabi dauid. Adhuc vnum modicum est ⁊ commouebo celum ⁊ terram. ⁊ reliqua. que pre multitudine glorie: ⁊ boni quod in scđo téplo de⁹ israel largiēdus erat: methaphorice loquunt̄. Illoc aſt bonū machabeoꝝ tpe fuisse doctores alig.

dicunt aliq vero erodis tpe. Tu tñ. vt libro iosophi cõtine  
tur hoc τ illud dicas. Deinde adbuc vnuʒ modicū ē. ac si  
diceret. Adbuc boni vnū ultra hoc qđvobis nūc facio: vo  
bis largiturus ero: τ illud modicum etiā in oculis meis at  
qđ leue erit. τ ē qđ cum plures vos in edificio impedientes  
nunc habeatis. Eo tpe quo boni illud vobis tribuā: gen  
tes oēs: munerib⁹ argenti τ aurī: que ad eā ducent: domi  
istam honorificabunt. Libro quoqđ iosophi scriptū innenit  
magnam terre cōmotionē diebus herodis fuisse. Dixit tñ  
commouebo celū. vt rem magnificaret. celi. n. nō cōmouen  
tur. τ cōmouebo omnes gentes. hoc ē. dabo in cordib⁹ eo  
rum. vt a locis suis moueanτ: τ ad hui⁹ domus gloriaz vi  
dendum veniant. τ nō manib⁹ vacuis. sed cum suis deside  
ratis rebus. caret. n. dictio illa desiderium pro nomine cum  
ita vt littera sic legenda sit. s. τ veniēt cum desiderio cuncte  
gentes. i. cum desideratis rebus suis. Adū ē argeutum: et  
meū ē auruz. i. qđ cuiuscunqđ manibus sit meū ē. possū. n. ab  
vno illud auferre. τ alteri qñcūqđ voluero tribuere. Qua  
propter in gētiuz cordibus dabo: vt de eo in magna copia  
ad domuz istā adducat. Magna erit gloria domus isti⁹ no  
uissime. sup hac parte doctores thalmut diuersaz opinio  
num fuerunt. quidam. n. in tpe magnā fuisse dicunt. quidaž  
vero in edificio. Et istorum vtrunqđ fuit. nam tēpluʒ primū  
quadringettis τ decē annis durauit. secunduʒ vero quatri  
gētis et viginti. fuit etiā edificio maius. qđ veluti doctores  
thalmut aiūt: τ libro iosophi reperiſ: edificio herodis nūc  
simile viss̄ fuit. Et in loco isto dabo pacē: esto qđ secūdo tē  
plo plura τ diuersa bella iudei babuerint multo etiam tem  
pore in pace permanserunt. Consutatio sp  
orum. **Q**uātum autē istorum  
rabi dicta super prophetia hac veritatī adhucēant. de per  
se notum est. Nam rabi salomonis super ea particula.  
Adbuc vnuʒ modicum ē. expositio stare non potest. ex co

iiiij Pars prima hisq; ad

quia ab alijs qz a grecis prout historie narrant. scđo templo iudei verati fuerunt. Rabi dauid quoq; intentio minime cum ex ea: vt bene intuenti patet: littera corrumpat nec prophetia metaphorice loqui dicere debemus. cum propheta hic non in parabola. sed aperto sermōe loquaſ. Preterea ppheti ī ad aliquid propriū bonū ip̄e nō determinat. s̄ de doctoz thalmut opinionibus vtrāq; capít. Quod aliquide procedere non potuit: nisi quia sui dicti super prophetie verbis insufficientiam cognouit. Super particula vero illa Et venient desiderium cunctis gētibus. & reliqua. Doctores vestri si materiā & propriū prophetie significatu inteligerent: in terminoz significatu bene se haberent. Certum est. n. q̄ sicut ipsi dicunt. prout ego etiā trastuli littera intelīgenda ē. videlicet. Et venient cum desiderio cuncte gentes. Sed de hoc nulla in secundo tēplo memoria habetur: nisi de tribus regib; magis: qui christi natinitate ipsum salvare cum suis muneribus venere. Ea insuper sua quam super ea particula. Magna erit gloria domus huius nouissime plusq; prime doctorum thalmut adducunt: nullius est momenti. quia cum nisi p̄ decē annos fm templum primū excesserit q̄ de eo modico tpe propheta mentionē fecerit: rationi consonū non videſ. precipue cum verbis magnam ostendētib; excellentiam. prout videtis. usus sit. Nec de edificij maioritate eoz dictum posse verificari video: cum p̄ contraria parte multa fortis efficacia reperiantur. fuit enī templum primū p̄ salomonem edificatum. cuius scriptura sacra testatur deus sup̄ cunctis hominib; sp̄ientiā dedit Erat quoq; tunc israhel omnis simul quietus atq; triangulus & salomōi a multis munera infinita exhibita: ita ut quē admodum regū tertio historie narrant: argētuz diebus suis tanq; lapides existimaretur. cui⁹ opposituz secundo templo videm⁹. in eo. n. iudei a captiuitate reuersi debiles atq;

pauperes fuerūt. Nec non templi primi bona omnia ut regum quarto habetur p iude reges dissipata fuerūt. Nec ex omni israel nisi ea pars que dauid domini adhesit ibi adfuit. Fuit insup domus illaveluti danieli capitulo. ix. reuelatus fuit in angustia tempoz edificata quemadmodum etiam edificationis tpe ab esdra et nehemia capitulo. iij. testimoisi habetis. Nec qd de herodis edificio dicunt quibus magnuz fuerit locu habere potest. Non. n. herodes salamoni experari potest nec diuinitie sue diuinitus ei nec potestas sua potestatis eius: Immo plus dico vobis q nec de sanctitatis maiestate ppheta hic loqui potuit. Scitis. n. qr libro qui vocat bioma doctores talmut dicunt q ignis ille qui in primo tēplo de celo descendebat sup altare holocausta comburens secundo tēplo non apparuit nec etiam unctionis oleuz. Et quibus sequitq de alia maiestate q de pdictis prophetarum loquatur. Demū q particula illa Et in loco isto dabo pacem de temporali pace loquat verificari minime potest. A sui. n. principio usq ad finē: veluti historie narrant: ab alijs nationibus iudei erūnis affecti fuerunt. Clos autem si prophetie veritatem capere vultis verba mea cuz sua veritate accipite. Nam illos qui templi et hierusalem edificio versabantur tepide procedere deus videns ita ut edificiuz quodāmodo incoare non audebat seu ab inceptis desistere omnino volebant. Ideo ageum ad eos misit ut pphetiām hanc qua de edificij necessitate eiusq pfectiōe pp in eo cōsumandum mysterium eis pphetaret. Et hoc est q pau lo ante dicit Et nunc confortare zerbabel dicit dñs: et confortare iosue filij iosedec sacerdos magne et reliqua. Nam hec dicit dñs Adhuc unū modicum est temporis respectu preteriti post originale peccatum. Et ego commonebo celum et terrā cum signis et pdigjus que per ipsa ostendam et demonstrent magnum mysteriu messie qui huius domus

k

Catholica expositio

## Pars prima

tempore venturus est quicm cuncte gentes quēadmodum  
rabi dauid ait cum suis desideratis rebus salutare venient  
τ eo mediante domuʒ istam gloria implebo dicit dñs exer-  
cituʒ. Et vt intelligerēt q̄ non de temporali gloria loque-  
batur. Subsequenter ait. **M**eum est argenteuʒ τ meuʒ est au-  
ruʒ dicit dominus exercituʒ quasi diceret Non argenti τ  
auri copia in gloriam me existimare putetis cū vbiq̄ sint  
bec mea sint. Sed de perpetua messie gloria per quē in lo-  
co isto meā spiritualem pacem in eternum dabo. **C**Et di-  
co vobis q̄ esse pphctiam hanc de ihesu xp̄o nazareno lo-  
cutam est de h̄js quibus dubitare non oportet; nam ioso-  
phī auctoritas p̄ rabi dauid de terremotu allegata cū euā  
gelij̄s cōuenit que de pluribus alijs signis que xp̄i tēpore  
apparuerūt testimonij̄ phibēt. Inquit. n. pro particula illa.  
**M**attheus  
Et venient cum desiderio cūcte gentes capitu. ij. matheus  
Cum natus esset ihesus in betlem iuda in diebus herodis  
regis. Ecce magi ab oriente venerunt hierosolimam dicen-  
tes vbi est qui natus est rex iudeorū vidimus. n. stellā eius  
in oriente τ venimus cū munieribus adorare eum; vbi euā  
gelia cum esaya etiā cōueniunt qui mysterium hoc capi. lr.  
sicut τ ageus hic p̄dicat. Inquit. n. Omnes de sabavent  
eū τ thus deferentes τ laudem dñi annūtiantes. **C** De  
alijs aut̄ signis xp̄i tpe visis idem matheus capitulo. xxvii.  
testatur dicens q̄ hora mortis eius uelū templi in partes  
duas scisuz est τ terra mota fuit τ petre scisse sunt τ monu-  
menta apta. **L**ucas que q̄ ca. xxiij. inqt. Erat aut̄ fere  
hora sexta τ tenebre facte sunt in uniuersaz terram usq; ad  
horā nonā τ oscurat⁹ est sol τ reliqua. Pro particula vero  
illa τ in loco isto dabo pacē. **E**andē lucā capi. ij. legite vbi  
ait q̄ immediate q̄ xp̄s natus est facta est cū engelo q̄ suā  
natiuitatē in terrā annūtiare venit multitudo militie celest̄  
laudantiū dñi τ dicētuʒ Gloria in excelsis deo τ in terra

**M**attheus

**M**attheus.

**L**ucas.

**L**ucas.

par hominib⁹. ¶ Et capi. xiiij. Iohānem q̄ recitat ascēsio-  
nis hora discipul⁹ xp̄i dixisse. pacē meā do vob⁹. n̄ sicut mū-  
d⁹ dat: ego do vobis. vt significaret q̄ nō t̄ tpali pace loq̄  
ref quēadmodū t̄ rabi achiua libro q̄ dī sanchedrin affir-  
mat. Quā pacē sua miscdia de⁹ etiā vob⁹ dare n̄ dedigneſ.

## Prophetia Tertiadecima.

**b** Aniel capitulo. ix. inquit. Gleoot ani meda  
ber bitfilla veasse gabriel ascer raidi beba-  
zō battheilla mugaf bigaf nogegag elai be-  
get minhat gareu. vaiaue vaidaber gimmeri  
vasomer daniel gatta iazadi lebaschileha bina. bithillat ta-  
hāuneha iaza dauer vegni bat̄i lebagid: chi hamudot atta  
vbin badauar vebauen bāmarre. Scianugim sciugim neb-  
tab gal gammeha vegal gir codceha leballe happesciag vl-  
hatem battat vlhapper gauon vlbaui zedec golaniem ve-  
labattom hazon venaui velimscioab codec cadascim vete-  
dag vetaschel min moza dauer lebasciu veliunot hieruscia  
Iaim gad maschiah nagid scianugim sciuga vescia vugim sci-  
scim vscnaim tasciuu veniuneta reboui vebaruz vbzoc ha-  
gitim. Gleahare basclanugim sciscim uscnaim iccaret masch-  
ha veen lo vebagir vebaccodesc iaschit gā nagid baba ve-  
chizzo bascietef vegad chez milhamā neherezet sciomemot  
vehigbir berit larabim scianuag ebad vebazi basclanuag  
iaschit zeuah vminha vegal chenaf sciczuim mesclomē ve-  
gad cala veneheraza titiba gal sciomem. ¶ Latie Adhuc  
me loquēte in oratōe t̄ vir gabriel quē viderā in visione a  
principio cito volās tetigit me in tpe sacrificij vesptini. Et  
docuit me t̄ locutus est mihi dixitq; Daniel nunc egress⁹  
sum vt docerem te intellectionem. ab exordio precuz tuaꝝ  
egressus est sermo t̄ ego veni vt indicarē tibi quia vir de-  
sideriorum es tu aut̄ animaduerte sermonē t̄ intellige visi-  
onem. Septuaginta hebdomades cōstituitur est sup populi

Hebreæ littera.

Latina littera.

# Pars prima

tuum; et super urbem sanctam tuam ad consumandam preuicationem; et ut finem accipiat peccati; et ad dclendam iniqutatem; et ad duceundam iustitiam sempiternam; et finem accipiat visio et prophetia. et ad inungendum sanctum scitorum scito ergo et animaduerte ab exitu sermonis. ut iterum edificetur hierusalem. usq; ad xp̄m ducem ebdomades septem et ebdomades. Ixij. rursum edificabitur platea et murus: et in angustia temporis. Et post ebdomades. Ixij. occidetur christus. et non est illi et civitatem et sanctuarium dissipabit populus ducis venturi. et finis eius vastitas. et usq; ad finem bellorum statuti desolatōes et magnificabit pactūs multis ebdomada vna; et in dimidio ebdomadis deficere faciet oblationes et sacrificium: et propter abominationes desolans erit. et usq; ad consumationem et cōstitutionē pseuerabit sup desolatum.

**C**Super hac visione iudei viri: qui admodum vera deo duce expositione videbitis. magna continetur mysteria. Cestri autem doctores thalimur. ipsam peruertere cūpientes libro qui gaudia zara uuncupatur: et in libro sedē golam multa super ea filacteria dilatant. sed cum super eorum conclusionibus rabbi salomonis expositio fundetur: ipsam ideo p̄mo recitare intendo. Inquit enim. Et ecce vir gabriel cito volans tetigit me: et docuit me. Dixitq; Daniel ab exordio precum tuarum egressus est dei sermo ad me: ut venirem ipsum tibi indicare. Tu autem animaduerte sermonem: et intellige visionem. nam septuaginta ebdomades cōstitutum est super hierusalem a primi templi ruina que se dochie tempore fuit. usq; ad ruinam sc̄dam per titum fiendam. que quidem erit: ut in ea captivitatem iudeorum pruaricatio consumetur: et persecutionibus mediantib⁹ eos peccatum sic finem accipiat: ut mundati iniqutitatib⁹ mereantur qd adducam eis iusticiam sempiternam. et iniugaf sanctum sanctorum. videlicet altaria et archa. aliaeq; sanctuarij

Judeorum expositio.

Rabi salomon.

# De primo messie aduentu

lxii

vasq. Que omnia p regis messie manus eis fieri. Has quoque septuaginta ebdomades quattuaginta et nonaginta annorum tempus significare dicunt. accipit. n. pro septena annoz ebdomadā: et cōpotū a babylonica trāsmigratōe incipit. qd secūdi tēpli destructiōe terminat. babylonica. n. captiuatio septuaginta annis; et quattuaginta et vīginti tēplū secundum dū rauit. Deinde seqꝝ. scito ergo et animaduerte ab exitu sermonis. hoc ē ex exitu sermonis. quasi diceret angelus dani eli q per virtutē sermōis: q ab etiō: dio precū suaz ad ipsuz a deo egressus ē ut eū sibi annūciaret. id qd p dicta verba importat. scire et animaduerte poterat. nā tempus q a sui destructione hierusalē iterum ediscabitur usq ad xp̄m ducē sc̄z cirū persaruz regē. qui dei xp̄s esaie. xv. vocatus ē ebdomades septē erunt annoz. s. que septē septene annoz sunt. et numerum quatraginta et nouē annorū faciūt. sup quibus anni tres adhuc sunt quos angelus nō enumerauit. qz nisi de ebdomaribus perfectis mentionē fecit. et sic annos qui quatraginta et duos habem⁹. et deinde ebdomades sexaginta duas. quib⁹ platea. i. ciuitas et murus itez edificabunt. qui tamdiu permanebunt. et sic septuaginta ebdomadarum numerus reperit. sed duratio hec muri et cīvitatis in angustia tēpoz erit. cū aut a p̄sis aut a grecis seu a romāis et cōtinue verati erunt. Et post ebdomadas sexagintadas occidet xp̄s. s. agrippas. qui vespatiano bello et tēpli ruina. inde rex erit. et non ē illi. hoc ē ipse agrippas amplius nō erit quia per mortē de medio tolletur. Fuit autē agrippas hic messie noīe nuncupatus. quia idem quod princeps seu magnus per hanc dictionem messiam denotatur. Et cīvitates scilicet hierosolimam et sanctuarium dissipabit populus ducis venturi. videlicet titi vespatiani. Et finis eius vastitas. Id est romani populi. que quidem vastitas per messie man⁹

kij

## Pars prima

erit, et usq; ad finem belli gog magog hec desolationes perdurabunt. Et magnificabit pactum multis ebdomada una titus ille vespianus in pecto veniet cum principibus iudea et treugas: quibus infra tempus illud annorum septem pacis spez illis dabit. et tamen in medio ebdomadis pactum suum irritum faciet. ita q; faciet: ciuitatem et templum dissipando: populumq; captiuando: hostiam et sacrificium desiceret. et ultra hec desolans iste loco sanctuarij abominationem scilicet statuam idolatricam in templo ponet. Et usq; ad consumationem: et constitutionem ipsius desolatis: per messie manus fiendam perseverabit desolatio. Tempus enim idoli desolationis: et sibi seruientium tunc erit.

### Confutatio rabbi salomonis.

Hec sunt que rabi salomon super hac prophetia: seu visione dicit. que quantum veritati consentanea sint per ea que immediate audietis: si volueritis poteritis facile iudicare. Multa enim sua profert expositio que angeli dictis incompossibilita sunt. Ego autem declaracione sui defectus in annorum compotu: ad veram deo duce expositionem reseruata. his solum erroribus qui visionis partes tangunt. ad presens vacare intendo. Certum est enim pro eo q; littera sonat q; omnia ea que in prima angelica preposito continentur. de consumatione scilicet prevaricationis et iniquitatis deletione et reductione iusticie sempiterne. et reliqua. in his septuaginta ebdomodalibus implenda erant. Iste tamen rabi post septuaginta ebdomades. illa verificanda esse affirmat dicens. quia post seruendi templi ruinam petitum factam. quod est manifeste falsum. ad omnia eni; hec septuaginta ebdomarum tempus littera constituit. cum dicit. Septuaginta ebdomades constitutum est. ut consumatur prevaricatio. et reliqua. et ultra hoc ebdomadas illas secundum opera; que in eis fienda erat distinguit. ita q; ad

ebdomadam ultimam descendit. cum ait. Et post ebdomadas sexaginta duas occidetur christus. et reliqua. Non obstante quod rabbi iste quod pro sui propositi accommodacione dictiones plures frustra littere addere coactus fuerit. Inest quoque ut ab eo queratur. de quibus peccatis et preuaricationibus vult quod bac presenti captiuatione iudei mundentur per quibus angelus dicit ut consumetur preuaricatio. et finem accipiat peccatum. Nam si de his que per primi templi iudeos commissa sunt. que iudei secundi templi portare habent. iam pluries dictum est. et vestri in hoc cōsentient quod filii patrum iniquitates non portat: nisi cum ipsorum viam sequuntur. nunc autem quod in secundo templo peccata prius non fuerint. nulli dubium est. Non enim sicut in primo idolatria et alia vita per scripturam testifitata: in secundo templo visa fuerunt. nec etiam post secundi templi destructionem audita sunt. Si vero de secundi templi peccatis intelligere vult. sic deum iniustum dicit. qui grauia peccata et importabilia in primo templo commissa. sola. lxx. annorum captiuatione deleuit. et hec cum multorum beneficiorum et gratiarum concessione. de prophetis scilicet et miraculis. et alijs dignitatibus. et quibus scripture sacra testimonium perhibet. Et peccata respectu illorum levia que secundo templo commissa fuerunt tanta diuturnitate temporis. et tot naufragij. adhuc non delet: nec tantorum babylonia transmigratione gratiarum in ista aliquam consentit. Quapropter quod de alio peccato; et preuaricatione quam de his que iste rabbi dixit. angelus locutus sit. necessario concludendum est. Cumque insuper archam. et alia sanctuarij vasa per sanctum sanctorum intelligit contra sacre scilicet scripture sententiam expresse procedit. Que cum de vestra redemptione loquitur talia fatur. Et cum multiplicati fueritis et creueritis

## Pars prima

in terra in diebus illis ait dñs Non dicent ultra arca testa  
menti dñi neq; ascendet super cor; Hieremie iii. Ex quo ma  
nifeste patet q; posito pro nō cōcesso q; verba visionis hu  
ius essent vīe redēptionis tempore prout ipse afferit ad  
huc uerificāda; de arca alijsq; sanctuarij vasa particula hec  
intelligi nō possit. Ipsiū preterea sup ea particula sciro er  
go τ animaduerte ab exitu sermonis non pax peruersuz vi  
deo: vult. n. q; li ab loco per ponatur ita q; terminuz a quo  
significet. Cuius oppositum per angelī verba aperte vide  
mus qui terminum etiā ad quē subsequēter ponit cuz usq;  
ad xp̄um ducē inquit. Quam quidem particula ipse rabbi sa  
lomon; ut ex multis patet: ciro falso attribuit. Plus. n. sepa  
tem a templi primi destructione usq; ad ciruʒ ebdomades  
fluerunt: τ hoc quidem in talmut libro qui megilla nuncu  
patur capitulo primo per vestros met doctores habet. Illā  
vt ex sacre scripture verbis colligat nabucdenasor annis  
regnauit quatragintaquinq; τ decimonono sui regni vt  
hieremie libro τ regum quartuhabetur mense quinto tem  
plum destructum est: Ex quo sequitur post destructionem  
templi annis xxvij. nabucdenasor super regnat. vnus. n.  
ipsoruz τ si imperfectus sit cum fuerit maior anni pars pro  
integro anno computatur. Regnauit deinde prout ibidem  
vestri dicunt euilmerodac eius filius annis. xxvij. qui om  
nes anni. l. sunt. Ex quibus patr; q; anteq; balthasar regna  
re cepisset septem edomades transiuerunt τ adhuc plus.  
Ipse quoq; balthasar prius q; cepisset ciruʒ regnaf annis  
tribus virit post quem darius annis duobus etiam regna  
vit. ita q; angelus de ciro aliquo modo loqui non potuit  
cum usq; ad xp̄um ducem dixit. Coniungitur adhuc huic  
termino christo dictio illa dux hebraice nagid que alicui nō  
si messie: q; per alios ppbetas sic vocatus est attribui non

pōt. Testatur. n. sup hoc esayas. lv. de messia dicens Ecce testem populis dedi eum ducentū preceptorē gentibus hebraice ducē naçid: n̄ obstatē q̄ p̄ tert⁹ seriē docemur. qm̄ de eodez messia in prima ⁊ secunda ppositione angelus loquatur. Certum est. n. q̄ cum occidetur xp̄s in secunda dicit propositione ad primum ducem r̄pm propositionis pri me se refert q̄juis v̄fe rabi p̄ secundūm secunde propositionis xp̄m agrippā intelligere nō erubescat. quē secundi tem pli destructione per romanos interfictū fuisse afferit. Cuius cōtrarium de bello iudaico iosophus testatur recitans ipsam se romanam cōtulisse ⁊ illo durante bello cuz romanis sedus pepigisse. Tlos aut si suam insufficiētiam cognosce re vultis sui dicti incōuenientiam cōsiderate. videns. n. dic tum suum hoc veritati non p̄azz contradicere eo quia quē admodum doctores v̄ri affirniāt vñctionis oleum reptum sc̄dō tēplo nō fuerit ex quo reges inungi non poterāt: reducit se vt dicat idez q̄ principem seu magnū xp̄m significare quod manifeste falsum existit. sc̄tis enim quia messias hebraice idez denotat quod apud grecos christus ⁊ apud latinos vñctus. Princeps autēz ⁊ magnus per suos proprios terminos significantur. Demum id quod super ea parte Et confirmabit pactum multis ebdomata vna ⁊ reliqua de tito vespasiani dicit. quia sc̄ilicet pactum cum iude principib⁹ percussum in dimidio ebdomidis delere debebat omni veritati obstat. Loco enim preallegato iosoph⁹ de tito testimonium peribet qualiter ipse ad hierusalem ⁊ templi ruinam non voluntarie sed inuitus accedebat pluresq; mediate ⁊ immediate: ⁊ ne loci illius destructionis causa essent iudeis persuadebat. ¶ Ex quibus omnibus Rabi salomonis super hac visione prauitas vñscuiq; manifestatur. ¶ Inest etiam super visione hac rabi leui exposi-

Rabi leui exposi  
tio

## Pars prima

tio que talis est. Adhuc me loquente τ vir gabriel quez vi  
deram venit ad me dixitq Nunc egressus sum ut docerez  
te intellectionem methaphorice loquendo sicut alibi Ecce  
dominus egreditur de loco suo habetur. τ hoc ad ostēden  
dum infusionem que ab ipso nobis infunditur. Ab exordio  
precum tuaꝝ egressus est sermo a deo. s. vt veritatez tibi su  
per hoc manifestarē. Septuaginta edomades constitutum  
est sup populu tuum τ reliqua. que immaginabile est q an  
gelus danieli dixerit qz putabat vt ipse sua oratione acco  
modaret preces suas vt reuersio illa israel talis esset q am  
plius tépluz nō destrueretur. putabat. n. posse id licite fieri:  
ppterea qz infrascripta peccata cū punitiōibus iam habitis  
punita essent. Angelus asit non secidum cōceptuz susi rez  
pcedere ei notificauit. Non. n. téplum illud permanere de  
bebat nisi ebdomadib⁹ septuaginta a primi templi destruc  
tione incoantibus que cccc. lxxx. anni sunt. Seu forte sibi  
in hoc angelus vult ppterea qz ad tépus longum sua ora  
tione daniel se extēderit vt sciret q secundi tépli edificiū ul  
tra cōstitutuz septuaginta ebdomataꝝ tépus pcedere nō  
debebat: eo quia apud deum ordinatus erat vt hac diutur  
na captiuatione peccatum israel finem accipet in tantuz q  
iustitiam sempiternam que per qntum regnuꝝ a daniele na  
bucdenasori interpetrata fuit ei duci mererent. Que qdem  
sempiterna iustitia messias ipse est: p cuius aduētum visio  
τ pp̄hetia omnis implebitur. Et ad inungendum sanctum  
sanctorꝝ tunc. n. sancto oleo quod absconditum templo se  
cundo fuit inungeſ. Fuit asit id a deo factum propter bre  
uez secundi tépli durationē. Scito ergo τ animaduerte ga  
ab etiū sermonis q vt israel reuertereſ τ hierusalem τ tem  
pli itez edificareſ exiuit usq ad xp̄m tucē hoc est usq ad  
tempus quo xp̄us qui est dux. s. sacerdos magnus cuꝝ eis

## De primo messye aduentu

Ixxiiii

erit: qđ qđem erit post pfectuꝝ edificiū ebdomadas septem  
erit. biꝝ. n. sunt anni q̄ a templi destructōne fluxerūt. vbi de  
annis qui biꝝ supsunt angelus non curauit: q̄a hoc danieli  
notificare opus nō erat cū illi hoc totū notū iam esset. hic  
aūt sacerdos magnus Josue filius Sedochie fuit. Et ebdo  
mades. Ixij. reuerteſ. t reliqua. i. ebdomadibus. Ixij. in suo e  
dificio cū platea t muro Hierusalem a sui edificiū principio  
pſeuerauit: t hoc in angustia tempoz. naꝝ iudei a pluribus  
nexati erunt. Et post ebdomades. Ixij. occideſ xp̄s. hoc est  
truncabit. q̄a magni sacerdotis officio finis dabif. Et ciuita  
tem t sanctuariz dissipabit populus ducis venturi. s. Titus  
Vespasiani. dixit aūt populus ducis. nā ciuitatis t sanctua  
rī destructioni: ut historie narrāt: Titus nō assentiebaſ. Et  
finis eius vastitas. s. ciuitatis: t usq; ad finē belli ersit deso  
lationes: t nō pauce. durāte. n. bello; intra Hierusalem sec  
te orte fuerūt. Quamobrem inter seſe nſiniti interfici sunt  
magnificabit autem paciū multis; ille. s. Titus pacem enim  
eis continua predicabat: persuadebatq; ne ciuitatis t tem  
pli ruinam causare vellēt; sed tantū tributum romane genti  
redderent. quod quidem ebdomada vna durauit. in medio  
vero ultime ebdomadis hostiam t sacrificiū a téplo defice  
re fecit. Et ppter abominationes quas manus est alij ſibi  
ſimiles reges in templo posuerunt. dux iste illud desolans  
erit. quo uſq; ifrabel qui erit desolatus desolatōe ultima de  
solabit. **H**ec igitur ſunt iudei viri que a rabí leui ſuꝝ hac  
visione dicuntur que ſi bene cōſiderabitis in eis duo repe  
rietis pncipalr. nā vltra ea q̄ de angelo t de danieli vanilo  
qa dicit viſiōis intellectū quē fugere credit. cōcludit t qđ  
euitare credit incōueniēs approbādo. ad plura p̄travos ve  
nientia ducif. Quapp tanq; non ignorantcr peccans vt a  
doctis itelligeret in mult; ſi in duob⁹ ſeu triob⁹ expositōib⁹

Confutatio ra  
bi leui.

## Pars prima

contentus, ut scitis extravagando procedit. Nam cū ea q  
in p:ima angeli propositione continentur mysteria, dicit. lxx  
ebdomadaꝝ tempore eē euacuanda; ipse veritati adberet.  
Sed videns id vestro falso proposito contradicere ad my  
steriorum declarationem prava cautela nō descendit, t p:o  
vulgī satisfactione ad secundam expositioneꝝ deuenit: qua  
quidem cum rabī salomone cōuenit nisi inquantum clausa  
lam illam ad adducendum iusticiā sempiternam vero dñō  
et proprio messie, scilicet assignat dicens: misterium hoc in  
sonno nabucdenasoris per danielēm interpretatum figura  
tum fuisse. T̄os autem per verba sua quintum illud regnū  
messie infra tempus ebdomadarum. lxx. oriturum esse ne  
cessario concludere debetis, nam si infra tempus illud om  
nia mysteria hic contenta consumanda erant, t per iustici  
am sempiternam quintum regnum messie inte ligitur: esse  
messiam infra tempus illud venturum absqꝫ dubio sequit.  
Lanqꝫ in ebdomadarum diuisiōe de carentia et superflui  
tate annorum: dummodo mysteria verificarentur angelum  
non curasse dicit absqꝫ dubio ridiculum est, ad quid enim  
in partes quas diuisit tempus angelus diuisisset: et miste  
ria in qualibet parte consumanda: ab iniūcē distinxisset.  
si quocunqꝫ indeterminato tempore absqꝫ respectu omnia  
contingere potuissent. Preterea cum per ch:istum ducem  
sacerdotem magnum intelligit, qua ratione moueatūr ne  
scio. Scitis enim duas has dignitates regalem, scilicet t sa  
cerdotalem, null in sacra scriptura; nisi messie attributas re  
periri. David nanqꝫ cum tu es sacerdos in eternum dicit.  
O messia loquitur. Mari quoqꝫ modo, t esaias cū. Ecce te  
stē gētibus: dedi ipsi ducē t p̄ceptore gētibꝫ inqt. Quapp  
de iosia sacerdote, p̄ut ip̄e afferit scriptura loqui nō potest  
p̄cipue cū has ambas dignitates illū habuisse p̄ historias

non inueniamus. Nemus id quod sup ea clausula occidet  
xps et non est illi dicit contra vos de directo venit. Nam de  
regni truncatione illam loqui vult et eius fine ex quo quod sa-  
cerdotale seruitum tunc finem habeat necessario sequitur:  
cum per christum ducem sacerdotem intelligat. Quod qui-  
dem per ultimam prophetie partem est confirmat qua dicit  
iudaicum populum debere per titus ultima desolatione de-  
solari. Thos nempe tam sententiaz pueritatem et co-  
tradictiones non animaduertere unde nascatur ignoro. nec  
de vobis aliud dicere debeo nisi quod inter vos et deum pec-  
catum virum positum sit causans quod oculos habentes non  
videatis et aures et non audiatis. Ego autem ut quod  
vobis promisi non ero luâ propter hoc non desistam; verâ  
agrediens expositionem dico quod cum nabucdenasoris som-  
num danieli per dei gratiam reuelatum fuerit per quod qn-  
tum messie regnum cui finis non dabat manifestatum fuit  
prout etiam per suas visiones confirmatum est. Quod qui-  
dez regni diebus regni quarti romanorum s. erat a deo susci-  
tandus. Fuerat quoque gog magog videlicet anticristi bellum  
misterium narratum: per quod israel relige saluande erant. In-  
telligenz ac perfecte pmeditans put huius capituli prin-  
cipio ipsemet asserit verba capitu. xxix. hieremie dicentia cu-  
perint impleri in babylone. lxx. anni visitabo vos et suscita-  
bo super vos verbas meum bonum ut reducam vos ad locum  
istum. Ego. n. scio cogitationes quas cogito super vos dicit  
dominus. per que verba mysteria hic recitata denotata fuerunt.  
Auidus ideo et desiderosus mysteriorum processus intellige-  
re: sicut de eo angelus testatur dicens quia vir desideriorum  
est: se in oratione posuit ut ea mediante desiderio suo  
deus satissacheret. quod quidem per presentem optimuit visio-  
nem. non. n. petitioni hic a daniele facte tantummodo angelis  
verba responsiva esse videmus. Nec quod nisi semper babylone-

Catholica ex-  
positio

# Pars prima

nica reuersione et templi reedificatione ipse orauerit p verba sua docemur quinimo; quēadmodum rabbi leui ait: q ad altiora & ad longi<sup>9</sup> tēpus se extenderit; nobis innuit ipso capituli pncipio dicēte. Ego daniel intellexi in librīs quasi diceret perfecte mysteria in ipsis cōtēta meditatus suz. & hac de causa veniens angelus ad eum ingt. Daniel nunc egredius sum. vt docerem te intellectionez. super hīs scz que tu tanq̄ desideriorū vir scire desideras. Tu autē animaduer te sermonem & intellige visionē. est enim magnorū mysteriorum cōtētu magnaq̄ intellectione indiget. Quoꝝ p̄mis est. quia. lxx. ebdomades statutum ē super populum tuum & super urbem sanctā tuā & reliqua. Pro cui<sup>9</sup> visiōis intelligentia vera: animaduertēdū ē q̄ tria in hac visione principaliter fuerunt danieli mysteria revelata. Primum. n. xpī mysterium fuit; in quo sc̄di tēpli reedificatio includit. sc̄dm vero hierusalē & templi p titū destructio. p pte illā & ciuitatem & sauctuariz dissipabit populus ducis vēturi. & reliq̄ tertiu quidē ē desolationis duratio per eam pte dicentem. & usq; ad finem belli statuti desolationes. & per illam. & usq; ad cōstitutōz & p̄stitutōz pseuerabit sup desolatū. In p̄ia istacq; parte: ab angelo sic proceditur. nam ad mysterium illud consumandum. lxx. ebdomadarum tēpus primo consti tuit. Secūdo vero ad specialium operum que in eis fienda erant declarationē descēdit. ibi secunda. scito ergo & animaduerte. & reliqua. usq; ad clausulam illā. occidetur christus: & nō illi inclusus. Ego autē priusq; ad littere expositionez accedam. volo tanq̄ de principali hui<sup>9</sup> mysterij fundamen to. qualiter haꝝ ebdomadaruz numerus capiendus fit. a q̄ etiam termino earū cōputatio incipiat: necnon de termino ad quem terminetur intelligatis. Quibus habitis visionis intentionem. facile si volueritis capietis. Et vos non late re volo. catholicos expositores in modo accipiendi ebdo-

## De primo messye aduentu lxxvi

madarum cum hebraicis quenire. Capiunt enim ipsi sicut  
et vestri ebdomadam pro septena annorum dicentes. Sep-  
tuaginta ebdomades. septuaginta septenas annoꝝ e . que  
numerum. ccccxc. annorum faciunt. Sed a quo t pore ba-  
r  ebdomada  c putatio incipit videre. et ubi terminent  
non parua speculatione indigem . Testi  em : ut supra vo-  
bis innui: in hoc manifeste deficiunt. n . lxx. ebdomaderu   
compotu  a primi templi destructione: p nabuchdenasoren  
facta incipiuit. dicunt  eas in secundi t pli destructio  ter-  
minare. Quas qd  in partes duas sic dividit. dicit. n. a p  
mi templi destructio  usq  ad reedificati  secundi. ebdomad-  
es dec  fluxisse. q annos. lxx. faciuit. alijs vero. lx. ebdomad-  
ib  q quatringenti et viginti anni s t. t pli secundi pduras-  
se. Il ui  ait dicti falsitas p doctores v os thalmut. libro q  
dicit magilla capi. pmo apte patet. Per sacre. n. scripture  
historias ostendunt qualiter a pmi t pli destructione usq  ad  
secundi edifici  fin  anni. lxxviij. flurerunt. n  qu admodu   
supra: c  pbaui n  posse de ciro. usq  ad xpm ducem intel-  
ligi itez recitau . nabucdenasor annis. xlvi. regnauit. decio-  
nono cuius templum primum mense qnto destructum est.  
Ex quo sequitur ipsum post templi ruinam annis. xxvij. su-  
perregnasse. post quem euilmerodac ut ipsi asserunt. annis  
regnauit. xxiij. Deinde annis tribus balthasar ut ex tertu  
habef. Darius vero primus. sicut historie etiam narrant.  
annis duobus regnauit. et consequenter secundu  vestros  
cirus annis tribus. et assuerus q dicitur arpharat. regnauit  
annis qttuordecim. Dari  vero ut ex tertu habef usq  ad  
t pli consumation  annis regnauit sex. et sic pme eoz diuisi-  
oni ebdomada una. annusq  sups t. Ex q toti  c poti falsis  
tas seq . P l  cm  quatrig tis nonaginta annis. ut p fdicta  
videt  a pmi t pli destructio  usq  ad sc d z flurerere. qd  qd   
et ista vera ebdomada  calculati e vob  clari  manifestabit 

**C**onficiunt insuper ipsi in termino: a quo harum ebdomadarum haud dubium et ex cōsequenti in termino ad quē eo quia per modum loquendi sui angelus a quo tempore computatio hec incipienda scit; nos docet, dicit enim q̄ ab exitu sermonis ut iterum edificetur hierusalem; hoc est a primo verbo a domino procedente, super redditū populi ad hierusalem, ut itez̄ edificaretur, quod verbū hieremie, xxix̄ habet, ex ea parte dicente, Cum ceperint impleri in babylone, septuaginta anni visitabo vos, et suscitabo super vos verbum meum bonū; ut reducam vos ad locum istū. Qd̄ quidem ut precedenti capitulo idē hieremias testatur, regis sedochie anno quarto egressum fuisse reperitur, qui q̄dem annus regni nabuchdenasoris, xij̄, existit. Quapropter lxx, ebdomadarum cōputatio ab aliquo predictoz̄ temporum necessario incipi debet, quo probato per annorum cōpotum in terminum ad quem facile devenimus, nāz ab anno nabuchdenasoris, xij̄, compotum incoando cum annis quadraginta quinqz̄, p̄t vestri afferunt: ipse regnauerit subtractis ab hijs annis, xi, destructioni precedentibus a duodecimo inclusive usq; ad regni finez̄ anni, xxxiiij̄, supsunt, q̄bus annis, xxij̄, quibus enilmerodac regnauit additis, et annis tribus balthasar, habetur de regib; caldeoꝝ ab exitu predicti sermonis āni, lx, quibus si anni duo dari regni ad dantur, et eius nepotis ciri, xxx, necnon, et, xliij̄, assueri ciri filij, et mariti hester, et annis sex dari secundi usq; ad secundi templi consumationem, d̄ persaz̄ regibus annos faciunt lxx, quibus caldeorum, lx, permittis; q̄ a verbi domini ad hieremiam egressū, usq; ad secundi templi consumationem, cxiij̄, anni elapsi sint demonstratur. H̄is autem annis quadringtonis et viginti, quibus ut vestri testificantur templuz̄ secunduz̄ durauit super additis, habetur q̄ ab exitu sermonis usq; ad ultimā tēpli destructionē anni, cccccxxij̄, fluere

tunt. A quibus annis xliij. quibus dñi nři ihesu xp̄i passio templi destructioni precessit prout omnes concedunt rese cati: seqtur qđ ab exitu sermonis a deo per hieremiam de secundi templi redificatione usq; ad passionis xp̄i anni anni quatringenti nonaginta fluxerunt qui numerum. lxx. eb madarum per angelum danieli annūtataꝝ facinnt. Ex qui bus vñorum prauitas vnicuiꝝ notam se facit. **L**et expositio.

Cl̄q; viii littere expositionem agrediens dico luce clarius patere angelum per primam propositionē xp̄i mysteriū principaliter danieli predixisse cui. lxx. ebdomadaꝝ tēp<sup>9</sup> cōstituit. Epis enim discursus vt visum est cum angeli dicto ad vnguē cōuenit Et deinde cūcta que dicta propositione continenſad tale misterium referuntur. Nam clausula illa Et ad ducendum iusticiam sempiternam prout vestri afferūt messie attri būt, necnon τ illa Et inungēdum sanctū sanctoroꝝ quē admodū ex doctoꝝ thalmut colligitur. Preuaricatio autē que eadē passione cōsumanda erat: peccatumq; quod fineꝝ tunc accipere debebat; necnō τ iniquitas que per iusticie sempiterne aductionē ac sancti sanctorum inunctionem de lenda erat: Cum: vt per supiora visum est: de prīmi templi peccatis neq; secundi verificari possint. Iccirco qđ ad origi nāle peccatum qđ per christi passioneꝝ delendum erat refe ratur necessario dicere cogimur. qua quideꝝ passione visio omnis τ prophetia que de tali mysterio loquute sunt fineꝝ τ consumationem habere debebāt. Et hoc p̄cipue ex mo do loquēdi sui ostendit angelus cum τ finē accipiat pecca tum singulariter inquit. Per secundam vero propositiō nem cum scito ergo τ animaduerte ab exitu sermonis τ reliqua ait: Notificat danieli angel<sup>9</sup> qualiter ab exitu sermo nis. Nam dēnāsoris. xij. vt supra visum est usq; ad xp̄m ducem videlicet christum qui dux per prophetas vocatus est ebdomades septem τ ebdomades. lxiij. fluere debebant.

## Pars prima

post quas in ultima ebdomada passio eius consumanda erat, per eam partem dicentem. Et post ebdomadas. lxxij. occidetur xps: et non illi. Distinguuntur itaq; septuaginta ebdomades predictae ab angelo in partes tres. secundum qd in earum qualibet aliqd speciale mysterium consumandum erat. Nam primi tempri destructio qd iam precesserat parte prima continebatur. In secunda vero. scz eius principio erat templi restauratio obtinenda: et hoc in onustia temporum quemadmodum esdras et nehemias testantur. In fine autem sui virginis concepcionis: verbisq; incarnationis germinari debebat. Sed ultima parte que ultima ebdomada erit. ultimi xpi effectus per suam passionem: et morte finis erat: p quia occidetur xps: et non est illi dixit. ubi p clausule m hanc et non est illi: angelus denotare voluit qd sue passionis hora xps neminem habere debebat: qui ut a morte evaderet pro se perfecto animo procuraret: quemadmodum tunc verificatum fuit. omnes enim sui iudeorum metu ipsum relinquerunt: alii vero ad id tanq; ad sacrificium currebant. Quam obrem ea que in secundo principali mysterio continentur ab angelo immediate posita fuerant. de dissipatione scz ciuitatis et sanctuarij per ducis venturi populum videlicet isti vespasiani que in penam predicti peccati contra christum commissi esse debebant. immo ut historie narrant: parum post secuta sunt. Dixit autem notanter: dissipabit populus ducis venturi: ut ostenderet titum ad id non voluntarie. interuenire. sed bene aliorum populorum milites qui cum eo erant: quemadmodum iosephus de hoc iudaico bello testimonium perhibet. Ipse. n. ne ciuitas et sanctuarium destrueretur: et cum iudeis primo: et tandem cum militib; sumopere laborauit. id asit obtinere non potuit: cum propter xpi occisionem finis eius vastitas cetera. que vastitas usq; ad statuti antichristi belli finem: duratura erat: et ipsa hierusalem erat di-

## De primo messye aduentu lxxviii

uersas desolationes passura quemadmodum hucusq; ut  
historie narrant: de ea visum est. sed per hanc particulam  
quodam ad tertium principale mysterium pertinens incidē  
ter angelus teteget. Quamobrem ad secundum immedia-  
te reuertitur; dicitq; q; dux ille titus pactum multis ebdo-  
mada vna magnificare debebat. i. debebat eis persuadere  
scz iudeis. vt secum in pactum venire vellent: quēadmodū  
Robi leui ait: ne ciuitas & sanctuarium destruerentur. sed  
cum id ab cīs obtainere non poterit. ideo in dimidio ebdo-  
madi. vt hostia & sanctuarium deficerent per templi rui-  
nam causare debebat. Cuius causam assignans: angelus  
concludit et dicit q; propter abominationes erit desolans  
hoc est ipse titus desolans ppter abominationes ex operib;  
iudeorum contra christum factis urgentes ciuitatem & te-  
plum desolabit. Qua quidem desolatio vsq; ad constitutū  
antichristi bellum. vt supra visum est. perseveranda erit.  
Per quam particulam tertium principale mysteriū ange-  
lus tetigit. Ex quibus concluditur vos alium messyam seu  
aliam salutem q; illam que post gog magog belluz: per dei  
gratiam vobis reseruata est expectare nō debere. De qua  
salute quomodo per prophetias a prophetijs myste-  
